

quia quantumvis opus aliquod in se perfectum sit et sanctum, si tamen anima facientis illud est, propter mortale peccatum, extra Dei gratiam constituta, apud Deum non est meritorium. *Eclii.*, xxix, 23 : *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum propitiabitur peccator.* Sapiens pariter in duobus Proverborum suorum locis hanc eandem veritatem insinuat, nam *cap. xxi, 27*, ait : *Hostiæ impiorum abominabiles, quia offerantur ex scelere.* In *cap. xv, 8*, ejusdem libri similiter dixerat : *Victimæ impiorum abominabiles Domino, vota iustorum placabilia.* Abominatio est Domino via impij; qui sequitur justitiam, diligitur ab eo. Apud Isaiam Deus populum suum sacrificia sua et victimas in altaribus templi offerentem, interius vero cordis templum, templum Dei quod estis vos, innumerabilem scelereum sanguine contaminatam, his verbis affatur, *Isa.*, i, 11 : *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Holocausta arietum et adipem pinguium, et sanguinem vitulorum et hircorum nolui. Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi, iniqui sunt cætus vestri; calendis vestras et solemnitates vestras odovit anima mea. Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis, cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam.* At vero dicit quispiam : Numquid omnes hi actus in prædictis verbis recensiti, actus sunt religionis erga cultum divinum? De hoc nullum est dubium. Cur igitur Deus omnes illos actus non solum inutiles esse, sed et sibi displicere declarat? Ecce tibi hujus rationem : *Manus enim vestrae sanguine plenæ sunt. Auferte malum cogitationum vestrarum, quiescite agere perverse.*

f. — Maxima consideratione dignum est quomodo in domo tanta festivitate præparata, inventi sunt funes et vincula quibus homo penderetur. Quomodo etiam in promptu fuerunt carniificæ, a quibus sine ulla mora homo deduceretur in caveam tormentorum. Aderat plane ipse iniquus, nullis criminibus onustus; et ubi tot erant scelera, statim in ipso homine apparuerunt vincula, quibus ligaretur, ac asportatores a quibus in tenebras exteriores demergeretur. Quot enim in homine erant peccata, tot in ipso mortis laquei atque sui carniificæ. « *Meministis,* » ait D. Augustinus, *Enar. in Psal. cxxx,* dictum de quodam peccatore : *Ligatis illi manus et pedes, et projicite illum in tenebras exteriores.* « Non ergo esset unde illi ligarentur manus et pedes, nisi ipse sibi restem fecisset. » Flagella namque quibus Deus peccatores castigat, hæc sæpe in manibus iniquorum invenit. Unde alio in loco scriptum est : *Fimbriæ peccatorum suorum constringentur.* *Prov.*, v, 22. Sic enim peccatum peccatores constringit, ut per effrenes appetitus suos, suisque carniificæ efficiat. Vincula namque sunt peccata, quibus nosmetipsos stringimus; dumque oculos in

voluptates deligimus, amaritudinem latentem hand attendimus.

g. — *Ibi erit fletus et stridor dentium.* His effectibus penarum acerbitas exprimitur, nam fletus summum dolorem, stridor dentium summum horrorem indicat, denotaturque inevitabile esse damnatorum penam, cui nullus potest resistere. Unde S. Augustinus, *Serm. i de phiribus Martyr.*, ait : « O quisquis es flagitiosus, qui soles propter tua malefacta et lasciva adulteria non solum tenebras non abhorrere, sed querere; non tales tenebras habebis, ubi gaudes; non sic erunt ipse tenebræ; Quomodo erunt? *Ibi erit fletus et stridor dentium.* » Tortor sine defectu, tortusque sine defectu. Grave ergo malum peccatum est, quod Deus ipse æternis suppliciis castigat. Unde vero hæc supplicia originem habeant, conceptis verbis exponit ad rem Babanus, in *libro Judicum* : « Contrariæ virtutes non invalescerent adversum nos, nec ipse diabolus non nobis aliquid valeret, nisi ei vires ex nostris vitiis præberemus. » Inde tam potentes in reum sunt tenebræ, quia vires ex peccatore desumunt; per peccatum enim diabolus peccatorem totaliter facit suum.

VERSUS 14.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

1. — S. Bonaventura in sermone quodam in hanc Dominicam ait : « *Multi sunt vocati temporaliter, pauci electi æternaliter.* » Lyranus verba illa de his explicat, qui ad fidem et religionem Christianam vocati sunt, ex quibus culpa eorum propria, pauci salvantur. Dionysius Carthusianus ait : « *Multi sunt vocati ad nuptias Ecclesie militantis, pauci electi ad nuptias triumphantis;* » cujus ratio desumi potest ex eo quod S. Gregorius, in *Catena* citatus, scribit : « *Nonnulli bona nec incipiunt; nonnulli vero in his, qua conceperunt, minime perscunt; tanto ergo sibi unusquisque sollicitè metuat, quanto ignorat, qua resistunt.* »

2. — Hugo Cardinalis ait : « *Timendum est Christianis, ne eo modo introeant in regnum Cælorum; quo filii Israel in terram promissionis, scilicet duo solum.* »

3. — Jansenius dubium quoddam resolvit, quod hic moveri potest, quomodo scilicet conclusio hujus Evangelii vel consequentia præmissis respondeat; quia in præcedentibus dictum est, quod ex iis, qui ad nuptias invitati fuerunt, omnes sint eorum facti participes et unus tantum exclusus : « *Sciendum est,* » inquit, « *per unum, qui ejectus dicitur, significari non omnes, qui vocati sunt, fore salvandos; deinde cum illo, qui ejectus est, sunt conjungendi, et omnes illi, qui vocati primum fuerant, sed indignos se fecerunt nuptiis.* » Cajetanus non omnes ex Judæis invitatos, nuptias perisse dicit, tametsi major pars illas spreverit;

propterea circa illum unum observat, dicens : « *Nec carens veste nuptiali fuit unus, sed sub illo multitudo descripta est fidelium, qui indignos Christiano convivio seipsum exhibent.* » Jansenius insuper ad Gentilium, in Judæorum locum substitutorum instructionem notat, cavendum illis esse; ne sibi de proprie salutis securitate inaniter blandiantur, eo quod ad nuptias fuerint vocati, quia multi etiam eorum fuere rejecti : « *Ne remissiores*

« *essent et nimis securi existimantes satis esse credere et baptismum suscepisse.* »

4. — Lucas Brugensis verum totius hujus parabole sensum paucis hinc verbis complectitur, dicens : « *In summa docet hoc loco Christus, fidem ipsam et Ecclesie communionem minime sufficere, ut quem pro suo agnoscat et æterna vita beatus Deus, nisi in ea vocatione digne vivere per severet.* »

DOMINICA VIGESIMA POST PENTECOSTEN

EVANGELIUM JOANNIS, CAP. IV, VERS. 46

46. Erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.
47. Hic cum audivisset quia Jesus adveniret a Judæa in Galilæam, abiit ad eum, et rogabat eum, ut descenderet, et sanaret filium ejus, incipiebat enim mori.
48. Dixit ergo Jesus ad eum : Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.
49. Dicit ad eum regulus : Descende, priusquam moriatur filius meus.
50. Dicit ei Jesus : Vade, filius tuus vivit : credidit homo sermoni, quem dixit ei Jesus, et abiit.
51. Jam autem eo descendente, servi occurrerunt ei et nuntiaverunt dicentes, quia filius ejus viveret.
52. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius haberit; et dixerunt ei : Quia heri hora septima reliquit eum febris.
53. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus : Filius tuus vivit, et credidit ipse, et domus ejus tota.

VERSUS 46.

Erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.

Erat quidam regulus.

1. — Cajetanus vox regulus interpretatur proregis : « *incertum est autem, an esset regis genere vel officio;* » existimat autem verisimile esse, quod de stirpe et progenie Herodis fuerit, vel saltem consiliarius regni ejus. S. Hieronymus dicit : « *Regulus, id est, regius sive palatinus;* » Syriaca legit : *Sereus regius;* alii explicant nobilitatem. Nonnulli exponit : « *Vir regius regens exercitum.* » Lyranus hoc nomen non prout sonat, intelligendum dicit, videlicet quasi parvus quidam rex fuerit, eo quod statum nimis modicum gubernandum haberit; cujus litteralem hanc adducit rationem, quia scilicet Romani fastum Judæorum deprimerent volentes, regnum illorum in quatuor dividerunt tetrarchias, dignitatem et dominium regium iis auferendo, ut per hanc divisionem, rebellionem ipsorum præventes, de suo se regno securiores efficerent : Pro illo tempore, nullus rex erat in Judæa; dicitur

« *ergo iste regulus, quia erat officialis Imperatoris deputatus ad custodiam Galilææ, propter quod manebat in Capharnaum, qua erat metropolis illius terre.* »

2. — S. Thomas, in *Joan.*, moralem sensum secutus, per hunc regulum, rationem intelligit, dicens : « *Cum in regno animæ rex sit ipsa ratio, secundum illud, Prov., xv, 8 : Rex, qui sedet in solio suo; querendum, quare dicitur rex? Quia totum corpus hominis per eam regitur, et affectus hominis ab ea dirigitur et informat, nec non et alia vires animæ eam sequuntur;* » mox vero pergit ostendere, quando hic rex in regulum degeneret, dum ait : « *Sed quandoque dicitur regulus, quando scilicet dimittitur in cognitione et obscurata sequitur inordinatas passiones; et ideo filius ejus, id est, affectus infirmatur, inde deviat a bono, et declinat ad malum.* »

3. — Theophylactus per hunc regulum quemvis hominem intelligendum esse dicit, non solum, qui regi universorum propinquus secundum animam, sed quia super omnia principatum sumpsit, ejus filius mens fabricatus, ex voluptatibus et pravis desideris.

4. — Pater hujus infirmi non sine causa a S.

Joanne specificatur, vult enim ut intelligamus, quod etiam Magnates et potentes, per omnem suam auctoritatem et dominium, infirmitates et alias miseras humano generi communes, a suis dominibus avertere non possint.

5. — Lyranus in sensu morali inquit: « Quilibet peccator potest dici *regulus* diminutive, quia deficit in suis regimine, et tunc *ejus filius* infirmatur, quando rationi sensibilis appetitus contrariatur, qui debet obedire rationi, sicut filius suo patri. »

Cujus filius infirmabatur.

6. — Videri equidem posset, quod omnes, filium hunc ad mortem infirmatum cernentes, condolere debuissent, adeo pro filii salute solliciti, major nihilominus in eo fuit lætitiæ, et exultationis causa, quia, ut Toletus, in *Joan.*, scribit: « Talis infirmitas magnam attulit toti domui felicitatem; » et S. Augustinus, *tract. vii in Joan.*, similiter tradit: « Quam multi scelerati sunt, qui innocenter ægrotarent? vitia reciduntur ægritudine; » quando namque aliquis in morbum incidit, confessiones insitit generales, conscientiam purificat, et multa bona facit proposita. S. Hieronymus de quodam monacho refert, qui Abbatem Joannem Ægyptium, ut suis ei precibus liberationem ab actuali quadam infirmitate impetrare non graveretur, cui Abbas: « Rem tibi necessariam cupis abire, ut enim corpora nitro, vel aliis hujusmodi linteamentis abluuntur a sordibus; ita anime languoribus, aliisque hujusmodi castigationibus purificantur. » Beda, in *Prov.*, pariter inquit: « Infirmus carnis, si patienter sustineatur, est quasi purgatorius ignis. » Cujus rei veritatem ipse etiam gentilis Seneca attigit, nobisque scriptam reliquit, dum ait, ex infirmitate ejusdam sui fidelis amici se didicisse, tunc nos homines bonos, virtutisque studiosos effici, dum sumus infirmi: « Quem enim infirmum, » inquit, « aut avaritia, aut libido sollicitat? non amoribus servil, non appetit honores, opes negligit; tunc Deos, tunc hominem esse meminit; invidet nemini, neminem despiciit; » accuratius tamen de infirmitatibus S. Bernardus scribit, utpote qui, quoad vixit, infirmus semper fuisse dici potuit: « In salutem, » inquit, « flagellat infirmitate corporis, ne peccent, et ut eis utilis sit frangi ad salutem languoribus, quam remanere incolumes ad damnationem. » S. Gregorius, qui et ipse per experientiam de hac eadem materia loquitur, infirmitatem hoc nobis bonum parere dicit, quod « admissa peccata diluit, et ea, que admitti poterant, compescit. » Est et alia magni momenti utilitas, quam corporalis seculum ferre solet indispotio, quam Ecclesiasticus, xxxi, 2, his verbis tangit: « Infirmis gravis sobriam facit animam. »

7. — Salvianus, *lib. I de Provid.*, illa Apostoli verba: *Caro concupiscit adversus spiritum*, ponderans, ait: « Non imprudenter quidam hoc loco dixit: quid si repugnante corporis fortitudine, que optamus facere non possumus? Infirmum mandum nobis sit carne, ut optata faciamus; » infirmitas enim carnis vigorem mentis excutit, ut effectis artibus, vires corporum in virtutes transferantur animorum; » et hoc forte est, quod Apostolos dicere voluit, dum ait, II *Cor.*, xii, 10: « Cum infirmus sum, tunc potens sum, mira profecto res, nunquam enim corpus magis languescit, quam dum infirmitatibus succumbit, et tamen tunc fortiores se esse dicit, eo quod anima majorem tunc sibi vigorem acquirit; cum enim hæc in continua lucta cum tribus inimicis esse debebat, dæmone videlicet, mundo et carne, hoc ultimo, qui periculosior est, devicto et prostrato, ad alios duos superandos vigorosior et fortior evadit. »

8. — Salmeron ait: « Adverte, potentiam et divitias reguli non potuisse infirmitatem filii prævenire, neque postquam venit, illam pulsare verit; » dum enim magnates a Deo visitantur per infirmitates, nihil eos tunc juvant divitiæ, status, splendor et imperia; imo ex deliciis infirmitates potius robur accipiunt.

Capharnaum.

9. — Hunc juvenem in optimo annorum flore, prosperitatemque temporalium culmine positum, in Capharnaum, lecto videmus affixum; et bene in Capharnaum id ei accidit. « Notandum enim est, » inquit Hugo Cardinalis, « ubi infirmatur, » in Capharnaum, quod interpretatur villa consolationis, vel pinguetudinis, et in hoc notatur causa morbi, id est, peccati, abundantia scilicet temporalis. » Hanc quoque reflectionem in duobus diversis apud Albertum Magnum legimus, et primo quidem in sermone super hanc Dominicam dicit: « Capharnaum significat abundantiam secularium, et voluptatem carnalem, que sæpissime sunt occasiones, quod anima vel spiritus hominis infirmatur infirmitate peccati; » deinde super hunc S. Joannis textum pariter scribit: « Ecce locus, qui villa pinguetudinis interpretatur, et sua pinguetudine occasionem dat infirmitati anima. » Hugo optime considerat quod Deus nobis quidem vigorem et vires corporis, sanitatem et bona temporalia ad consolationem et gratiarum actionem subministrat, sed nos vertimus in corruptionem; unde in Psalmo lxxii, dicitur: *Prodit quasi ex adipe iniquitas eorum*; quod Ecclesiasticus, xi, 10, hac propositione confirmat: *Si dives fueris, non eris immunis a delicto*; cui consonat quod idem David alibi dicit, *Psal.* lxxii, 12, nimirum: *Ecce ipsi peccatores, et abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias*. Enimvero qui navigationum experientiam

habent, unanimiter dicunt, naves in aquis dulcibus fluminum navigabiles, quam in falsis maris undis facilius submergi, eo quod hæc illarum ponderi magis resistant; eodem quoque modo dicere possumus, plures animas in dulcibus felicitatum humanarum aquis, quam in undis tribulationum et miseriarum in profundum usque inferni naufragari; unde S. Bernardus in quadam Epistola ita exclamatur: « O sæculum nequam! quod solos tuos sic soles beare amicos ut Dei facias inimicos, et consequenter et indignos concilio Beatorum. » Plutarchus in vita Cleominis refert, Ægyptii regibus in more positam fuisse, quod, quem cibo regio honorarent, eundem intra biduum laqueo suffocari facerent; in multis quoque locis pia est confraternitatum consuetudo, quod reos suspensio mulctandis oppariis et delicatis cibis tractare soleant. Judas quoque paulo post laqueo vitam finiturus, a Christo sapientissimo serculo refectus fuit: *Cui intactum panem porrexero*. Uris item occidendo submissæ sunt epulæ regales, II *Reg.*, xi, 8: *Scutusque est eum cibus regius*. Amanus denique, priusquam repererit in palibulum, Mardocheo preparatum, a regina Esther lauto convivio exceptus fuit.

10. — Quandoquidem Capharnaum, consolationis et deliciarum villa interpretatur, quis non credidisset, hunc juvenem inibi in bona valetudine perseveraturum? sed in eo Deus docere nos voluit, verissimum esse, quod quidam cecinit Poeta:

*Nulla facta loco possis excludere, dum mors
Venierit in medio Tybare Sardinia est.*

11. — In mediis deliciis, lusibus, voluptatibus, corporales plerumque abundant disordinationes, magisque multiplicentur peccata; unde sit, quod ut plurimum mors eis acceleratur, quia *stimulus mortis peccatum est*. Ubinam prima hominis culpa, que omnium aliorum hominum mortem secum subintulit, originem suam habuit? Certe non nisi in loco deliciarum, id est, in Paradiso terrestri. S. Augustinus, in *Psal.* xlvii, protoparentem nostrum impenetrabili, ut inimici insulibus resistere posset, justitiæ et innocentie originalis lorica munitum considerans, eique Jobum sterquilino insidentem opponens, ita scribit: « Vicit homo in stercore, et victus est in Paradiso; » hujus autem differentie talem nobis S. Eucherius assignat rationem: « Quanto jucundior ille amenitatis locus, tanto huic in lapsu priorior fuit. » Ut igitur Deus illum ad vitam salutis reduceret, adque veram et perseverantem penitentiam induceret, eum cum tota sua posteritate expulit et Paradiso, quod S. Bernardus hisce nobis verbis insinuat, dum ait: « Neque enim ad hoc nos de Paradiso voluptatis animadversio divina ejecisse videtur, ut sibi hic Paradisum adinventio humana pararet. »

Additiones.

a. — *Erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum*. Pro elucidatione historie et ordine miraculi, quæri potest, cur piissimus Dominus, cum prima vice iter sumpsit in Cana Galilææ ad nuptias vocatus iverit, nunc autem cum ad patrandum miraculum in Capharnaum venit, propria sponte illuc concesserit? Verum est, ad nuptias, ubi festivitatis et lætitiæ signa dabantur, Dominus Jesus nonnisi vocatus venit. At vero quia in hoc secundo adventu pergebat in Cana, ut prædicaret et doceret, ac cum hominibus imperfectam fidem habentibus, utpote regulo et aliis similibus disputaret, quod erat opus magni laboris, sibi que a Patre commissum, *Joan.*, iv, 34, ideo non vocatus descendit in Cana. More suo, qui erat non libenter ire ad loca ubi signa levaminis, ac queis se exhibent, maxime vero propensus erat ubi labores ac molestiæ pro nostro salute apparant.

b. — Patravit hoc miraculum Dominus in Cana Galilææ, uno anno postquam ibidem aquam convertisset in vinum. Non caret mysterio repetitus hinc Christi in Canam adventus. Theophylactus et D. Bonaventura hic inquit: « Venit in Galileam quia ibi bene exceptus erat ab illis hominibus, » gratos se exhibentibus pro primo miraculo. » Noluit Dominus ire in locum ubi propter exhibitam beneficentiam non venerantur. In Nazareth patria sua compatrioti erant infesti et eum contemnebant, ut ipse Dominus declaravit hoc eodem *cap.* iv, 44. Venit ergo in Cana Galilææ, ubi bene excipiebatur per gratitudinem ob collata beneficia, et hinc etiam revertitur, nam receptorum beneficiorum gratitudo benefactores ad nova impedienda movet. In libro Geneseos, Jacob Patriarcha Dei beneficentiam suam in memoriam revocans, ait: *Tu locutus es quod benefaceres mihi, et dilatares semen meum sicut arenam maris*. At vero quoniam fide sanctus iste Patriarcha Deum factæ sibi promissionis memorem facere voluit? Num forte timuit ne Deus promissionis factæ oblitus fuisset, vel suam metasset voluntatem? Ex neutro capite profecto timebat, sed solum manifestum facere voluit, quod beneficia a liberalissima Dei manu sibi exhibitâ, cordi suo tenacissime insculpta teneret; sed quo fine id manifestavit? Utique non propter ostentationem, sed potius quia in necessitate constitutus, alia beneficia a Deo postulare debebat; nec frustra hoc fuit usus consilio, quia a multis periculis, sibi ex odio Esau fratris sui imminentibus ereptus, facultatibus et familiæ suæ de securitate prospexit, fratrem sibi reconciliavit, tota nocte cum Angelo luctatus victoriam obtinuit, gloriosissimum Israeliti nomen a quo postea omnes Hebræi Israelite appellati fuere, sibi imponi meruit, ac proinde sancte gloriosi potuit, dicendo: *Vidi Deum facie ad faciem, et salva facta*

est *anima mea*. Et hæc omnia quidem obtinuit, ut Cajetanus observat, « ad fontem gratiarum recurrens ». Sciebat namque quod ad hoc gratiarum tributum recurringendo, spe sua nequaquam defraudari posset.

Apud certum quemdam Auctorem ingeniosam invenio similitudinem, qua utilitas, quam ex hoc gratitudinis exercitio recipimus, aptissime exprimitur; dicit enim hic Auctor: Opera nostra bona in Deum referre debemus, quemadmodum dum pila luditur, jacit unus, alter vero refert illam, tamdiuque ludus producit quamdiu inter utriusque manus iacta, et reciproca pila non excidit, atque ita qui pilam non rejicit, perdit: eodem modo omnis ingratus suum non recompensans beneficium, spe destituitur novorum recipiendorum. Secus vero, qui gratus exiit: « Qui gratus « futurus est, » verba sunt Seneca, « statim domus « accipit de reddendo cogitat. »

e. — Primum signum edidit Dominus in Cana Galilææ, dum convertit aquam in vinum. In quo figura sacræ Eucharistiæ præcessit. Nunc etiam in Cana secundum edidit miraculum, et fuit primum in quo donat vitam et sanitatem hominibus. Sed cur in eodem loco hæc duo miracula operatur? Cur non alius locus ad primam hominis sanitatem eligitur, nisi ille qui figura Eucharistiæ primo nobilitatus est? Ut ex his discamus, quod tota vita et salus hominis ex umbra sacræ Eucharistiæ dimanat. Nunc enim alibi homo poterat vitam recuperare, sanitatem impetrare, nisi ubi vivifici mysterii umbra, ac figura demonstrata, ac a Christo data est. Sacramentum enim hoc vitam donat mundo. In libro Geneseos, cap. xlii, mundum extrema quadam fame oppressum fuisse invenimus: *In universo orbe fames prævaluit; in cuncta autem terra Egypti panis erat. Omnia autem ut Apostolus ait, in figura contingebant illis.* Sed quænam erat hæc fames, cui tunc universa terra subiacebat? Fames nimirum panis spiritualis. Audite Chrysologum de filio prodigo ita scribentem: « Facta est fames valida; famem « magnam cognoscenda veritatis sustinebat. » Sed quoniam remediis rex Egypti famem a regno suo profligabat? *Ite, inquit, ad Joseph; aperuitque Joseph universa horrea.* Porro Joseph iste Salvatorem nostrum præfigurabat, qui frumentum appellatur electorum. Audiamus S. Prosperum hac de re ita loquentem: « Aperuit Joseph horrea tempore « famis et ministrabat populis; hoc et de nostro « dictum est: *Oculi Domini super justos, et sequitur, ut eruat a morte animas eorum, et aliat eos in « fame; nimirum illa quam Deus per Amos commi- « natum dicens: *Mittam famem in terram, non famem « panis, sed audiendi verbi Dei;* in hac fame positus, « noster Joseph Christus Dominus, ex horreis suis, « nobis divinam sui corporis annonam ministrat. » Olim in Paradiso terrestri, universus mundus per*

panem infectus fuit toxico æternæ mortis, unde Deus ait: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris;* at vero in Sion Eucharistia instituta fuit, in quam celestis ille panis descendit, qui nostram vivificavit mortalitatem. Unde Albertus Magnus in persona Christi ait: « Quia in corporali cibo vitam « perdidistis, ideo ego corporalem cibum præparavi « vobis, in quo vitam invenietis. » Idem quoque Præsul, illum Apostoli ad Hebræos, cap. xiii, textum: *Optimum est gratia stabilire cor,* adducens, ait, omnem fidelium in pietate et religione, ac quovis alio bono constantiam et stabilitatem, hujus Sacramenti esse effectum: « Gratia cor stabilis et « confortat ad hoc, » inquit, « quod in bono divino « permaneat; hoc autem specialiter hæc gratia « facit, sicut dicitur *Psal. ciii: Panis cor hominis « confirmat.* » S. Paulus Apostolus qui ad hoc a Deo destinatus erat ut mundum Evangelicæ legis prædicatione, et fidei Christianæ notitia vivificare, hoc cibo vitæ restauratus et confortatus fuisse legitur; unde idem Albertus Magnus ait: « *Diu nutra- « verat Paulus, et sicut dicitur, Act. Apost., ix, « 19: Cum accepisset gratiæ ejus cibum confortatus « est.* »

d. — Capharnaum ager interpretatur pinguedinis; in Capharnaum igitur infirmatur, id est, in pinguedine, seu multiplicitate ciborum et epularum, per quarum excessivum mors acceleratur, et potiose ac mortales ægritudines contrahuntur. Cibo quem Deus ad vitæ sustentationem indulsit, ingluviæ humana et inordinatio nostra sepiissime abulit, excedendo in quantitate et qualitate ipsius; hæcque ratione abbreviando vitam, eamque multis infirmitatibus obnoxiam efficiendo. Quotidie videmus quod civitates fortiores sufficienti providentiarum annona, in longum usque tempus duratur, ut si forte obsidione cingerentur, hostem defatigare, ejusque vires frangere possint, ne eas suo jugo subiciat; at vero si milites præsidarii civitatis illius provisionem illam, quæ integro anno sufficere posset, per voracitatem et ingluviem suam, paucis mensibus consumant, mirum non est, quod talis civitas subito inimico in prædam cedat. Eodem quoque modo in presenti discurrere licet; divina namque providentia certam quamdam et limitatam annonæ quantitatem unicuique deputavit, pro individui proprii sustentatione assignatam. Unde Psalmista, *Psal. cxlvi, 13, ait: Oculi omnium in te sperant, Domine, et tu das esenam illorum in tempore opportuno.* At vero si quis, per gulositatem annonam hanc ante tempus consumat, consequens erit quod pariter ante tempus per mortem immaturam deficiat. Tritum est illud proverbium: « Ad mensam nemo consensescit; » quod licet prima face alludere velle videatur ad lætitiarum convivorium, in quibus animi expanduntur, et sine ulla melancholice cogitatione exhilarantur, verus tamen et germanus

sensus est, quod qui mensæ diu nimis assidet, multumque epulatur, nunquam consensescat, sed præpropere moriatur, in juventute; nam: *In multis æcis erit infirmitas,* dicit Ecclesiasticus, xxxvii, 33. Unde S. Ambrosius eundem illum ad convivium invitanti, respondit: « Rogas ad jucunditatem? « cogis ad mortem. Invitas ad prandium? afferre « vis ad sepulchrum. Cibos promittis? tormenta « irrogas. Vina prætendis? Venena suffundis. » Sapiens, *Prov., xiii, 30,* acriter invehitur contra illos qui vini sibi violentiam dominari permittunt: *Cui vae? Cui foveæ? Cui sine causa vulnera?* At vero quidnam per hæc fossus, per hæc vulnera insinuare voluit? Hoc nimirum, quod ebrietas vicina sit fossæ et cæmeterio contermina, quia vitium hoc frequentando, evidens vitæ periculum incurritur. Unde S. Basilus ait: « Vocas ad cœnam ut ami- « cum, postea ejicis ut cadaver. » Idem quoque ebrium interrogat: « Quousque vinum? Quousque « ebrietas? Periculum, miser, est, ne pro homine « cœnum, lutumque fias. »

e. — Vide quam sollicitus, quam anxius hic regulus, pro salute filii impetranda discurret, et ad Christum accedens, ejus insignem patienter perferat reprehensionem. Parentes enim sui sæpius obliviscuntur, ut filiorum reminiscantur, eisque in necessitatibus ferant subsidium; unde filii multum obligantur ad reverentiam parentibus exhibendam. Ecclesiasticus, vii, 29, sic ait: *In toto corde tuo, honora patrem tuum et genitum matris tuæ ne obliviscaris; retribue illis, quomodo et illi tibi.* Qua de re S. Cyrillus Jerosolymitanus, *Catech., vi, ait: « Chris- « tianorum est pietas honorare parentes, et labores « educationis rependere, atque omni studio, quæ- « cumque ad eorum quietem pertinent, curare. »* Valde notabile est quod dicit Ecclesiasticus ut hanc retributionem cordibus nostris tenaciter imprimat; dicit enim: *Memento quoniam nisi per illos, natus non fuisses.* Cui consonant illa S. Ambrosii verba, dicentis: « Non possem salvo pietatis jure odisse « patrem, cui debeo, quod creatus sum, nec matrem « longo decem mensium fastidio pii fœtus onera « portantem, cui in absolute plus periculi, in « dilatione plus lædi est. » De matre enim Scrip- « tura dicit: *Genitus matris tuæ ne obliviscaris.* Et iterum: *Mulier cum parit, tristitiam habet.* Psalmista quoque dolores magno vocat dolores parturientis. Quot enim mater molestias et ærumnas sustinet, quot vigilias in partu suo luctando, et educando subire cogitur? S. Ambrosius dum verba illa exponit: *Et erat subditus illis, filiis motiva demonstrare volens subjectionis et reverentiæ erga illos, qui genuerunt et educarunt, ea, de matre in specie, dicit: « Discite quod parentibus tuis debeas: « tu matri debes pudoris injuriam, virginitalis dis- « pendium, partus periculum; matri longa fastidia, « matri longa discrimina. » S. Hieronymus, *Epist.**

xii, ait: « Fauces tuæ necdum lactem perdidit, « saporem, quem tibi pia mater infundens, linguam « istam pavit polu corporis. Impende debitum patri « matrique servitium, qui nunquam tuos vagitus « horrentes, totum in te lambebant osculis corpus. » Pia illa mater, in libris Machabeorum, ut filium suum ultimum in carnificina a tyranno ei præparata constantem et intrepidum ad martyrium lucraretur, his eum verbis affata fuit: *Fili mi, miserere mei, quæ te in utero novem mensibus portavi, et lac triennio dedi, et alui, et in ætatem istam perduxi.*

Ecclesiasticus, iii, 14, nos quoque specialius ad obedientiam et obsequium erga genitores, pro tempore invitatur, quando hi ad ætatem decrepitem pervenerunt, in qua omnino deficiunt; tunc enim supponitur quod opera nostra, vel maxime indigeant: *Fili, suscipe senectam patris tui, et non contristes eum in vitâ illius, et si defecerit sensus, veniam da, et ne spernes eum in virtute tua.*

f. — Non otiose Evangelista hominem tacet et regulum nominat; nec tamen quis istius reguli nomen fuerit, declarat; nam cum ex imperfecta fide rogaret, ut Dominus descenderet et sanaret filium ejus, in eo dubitabat, tam de potentia sanandi, quam de deitate Christi, quasi non posset absente sanare. Et ideo, ait S. Ambrosius, ejus nomen tacetur quia non fuerat dignus audire: *Novi te ex nomine. Exod., xxxiii, 12.* Subjungit S. Anselmus: « Homo in eo, quod amisit, res esse dicit; « in eo autem, quod præ cæteris animalibus sibi « relictum est, quasi regulus militavit. Idcirco « nomen ejus Spiritui Sancto viluerat, quia pecca- « tor erat, quia infirmus, quia regulus. » Peccatum enim, vile et infame, hominem vilem reddit. Videmus autem per experientiam, quod in majori parte hominum, stimulus honoris et reputationis multa efficere possit; nemo enim tolerare potest, quod tanquam vituperosus et infamis contemnatur. Unde S. Ambrosius inquit: « Infirmus custos diu- « turnæ bonitatis est timor, pudor autem bonus « magister officii; qui enim metuat, reprimatur, « non emendatur. » Unde si in nobis hæc ignominia et vilitas, quam peccatum secum affert, tenaciter et firmiter imprimeretur, hæc una, cum adjutorio divinæ gratiæ, sufficiens foret ad hoc, ut irreprehensibilem ageremus vitam. Sententia est S. Theodoretus: « Peccati fructus est probrum. » Id quod in Lucifero et Adamo verissimum esse comprobatur. Lucifer enim pulcherrimus erat omnium, qui a Deo creati fuerunt, Angelorum; et tamen subito ut contaminatus fuit per superbiam, in horribile et terrificum transmutatus est monstrum. Primus parens noster hoc a Psalmista, viii, 6, retulit elogium: *Minuisti enim paulo minus ab Angelis; gloria et honore coronasti eum.* At vero, quid tandem evenit? *Cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus.* Ps. xlviii, 13. S. Augusti-

nus inquit : « Primus homo, quando peccavit, foliis « ficulneis pudenda velavit. Hec velavit, unde « nati sumus, membra; que enim ante peccatum « erant gloriosa, post peccatum pudenda facta « sunt. Denique antea nudi erant et non confun- « debantur, non enim erat unde erubescerent, « quando peccatum non præcesserat. » Soror S. Bernardi fratrem suum interrogavit, an anima peccatoris nigra esset et turpis? Cui mellifluus Docteur respondit : « Soror in Christo dilecta, tria sunt in « hoc mundo nigriora et deteriora omni malo, « videlicet anima peccatoris perseverans in pec- « cato, que est plus nigra quam corvus; et mali « Angeli qui eam rapiunt in die mortis ejus; et « infernus in quo jactatur. Non sunt nigriora his « tribus in hoc mundo. » Porro anima nostra ad imaginem et similitudinem sanctissimæ Trinitatis creata : *Facimus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, nobilissima quidem erat, sed vilescit et deformatur per culpam. Unde Blosius ait : « Co- « gita quod anima tua fuit facta a Deo nobilissima, « atque pulcherrima; sed tu eam inique et negli- « genter vivendo, inhonestissime defecisti, et « vilem, sordidam atque abominabilem reddidisti. « Nam turpitudine peccati omni turpitudine visibili « major est, et revera tanta est enormitas mortalis « peccati, cui æterna damnatio debetur, ut jure nos « ipsos pro uno etiam minimo tali crimine, omni- « bus diebus vite nostræ, usque ad pulverem, sibi « ipsis quoque brutis animalibus, deprimeret debeamus. »

g. — Pulchram hujus loci moralitatem adducit D. Antonius Ulyssiponensis, *Serm. xxi post Trinit.*, quare potius in Capharnaum, quam alibi, jaceat infirmus? « Filius reguli, » ait, « anima est cujuslibet « fidelis Christi, qui dum in suo ordine vivit, inco- « lumis existit; sed cum in Capharnaum moratur, « ad mortem infirmatur. *Capharnaum* interpreta- « tur, *ager pinguedinis vel villa consolationis.* »

Subjungit Simon Cassianus, *lib. V, cap. xviii* : « Hujus filius infirmatur in Capharnaum; amor « ejus ægrolaverat in pinguedine mundi. Ager « quippe pinguedinis Capharnaum interpretatur. « In abundantia temporalium rerum habita, vel « quæsit, infirmatur amor hominum, qui dum « habet abunde quod habendum est temperate, « ipsa inlempere est ægrotus. » En quantum præjudicium et detrimentum affert prosperitas, et felicitas temporalis. Ex ipsa enim honorum affluen- « tia infirmatur animus, ut deviet, ac tepescat in via « rectitudinis, et justitiæ, et ab ipsa affluentia, tan- « quam a radice, omnia mala derivantur, scilicet, « infirmitates, quæ instar freni sunt, quo peccata « coercentur, ab his causantur et eorum sunt penæ, « per quam confessionem sepe infirmus sanatur.

Libertate intemperanter abuti punitio Dei est. Unde huic proposito conformiter observat D. Chrys-

ostomus de populo Hebræo loquens : « Cum tribu- « lantur Israelitæ, tanto plures fiebant; postquam « autem eos dimiserunt, tunc omnes perierunt. » Equi sine freno, suæ relicti libertati, in millia ruunt præcipitia; idem eis contingit qui sui explent appetitus desideria, nec ullis in præsentibus viv impetuntur contradictionibus et adversitatibus. Divus Augustinus, *Serm. cv de temp.*, allegans hunc textum : *Cum tribulamur, a Domino corrumpimur, ut non cum hoc mundo damnemur*, subdit, monens nos hisce verbis : « Magis timere debemus, si aut nullas aut « parvas tribulationes in hoc seculo patimur; quia « si *Deus flagellat omnem filium, quem recipit*, sine « dubio quem non flagellat, non recipit. » Quem pater enutrit filium, et non continet in freno timoris et disciplina paternæ, eum nutrit ad laqueum et patibulum. In quodam sermone de tribulatione allegans S. Gregorius ait : « Nisi eis quos corrigi, « Dominus hereditatem dare disponeret, erudire « eos per molestias non curaret; » et addit : « Dominus hic quibusdam parci, ut eos in pepe- « tuum feriat. Eligant ergo pagani consolari, Judæi, « hæretici, avari, superbi, luxuriosi, omnes filii « diaboli, qui eterno sunt judicio condemnati. Tu « autem, dilecte fili, qui cupis vitam æternam, audi « Augustinum : Noli iniquo atrahi spiritu, sensu, « et puerili agitari insaniam, ut apud te dicas : Plus « pater meus diligit fratrem meum, cum ei omnia « quod vult facere permittit, quam me, quem acri- « ter verberat; sed potius sub flagello gaudetas, « quia tibi servatur hereditas, sed illos nunc ad « modicum hic relinquit, quos in æternam damna- « bit. »

h. — A Judæa in Galileam venienti Christo occurrit regulus, pro filio precaturus; qui cum forte esset unicus, supra omnia amabatur a patre, utpote paternorum honorum, et regie dignitatis heres, et parentum unicum solatum. Nihilominus hunc adeo ad propagandum regie stirpis nomen necessarium, extremo morbo affligi permisit Deus, non sine divini dispensatione consilii, ut ipse filii cum morte conflictus et agon, fieret totius regie domus salutis occasio, et regulus cum tota domo ad Christum converteretur; infirmitates enim corporales divini amoris signa sunt, et indicia quæ anime salutis plurimum cooperantur. De infortu- « nato illo viatore qui *descendebat ab Jerusalem in Jericho*, affirmari posse credo, quod significabat impie viventem, seu peccatorem; etenim de civitate sancta proficisceretur Jericho, urbem a Deo maledictam et mundi typum; præterquam itinere- « batur per sylvas et memora, quo indicatur, quod a « recta deviahat semita. At quomodo, qua via red- « tus fuit ad statum salutis æternæ? *Incidit in latro- « nes; plagis impositis obierunt, semivivo relicto.* Latro- « nes miserum illum sauciarent, vulneraverunt et quasi mortuum deseruerunt. Samaritanus vero ille,

qui Christum figurabat, *misericordia motus est.* Actum Apostolorum *cap. ix*, legitur historia illa de Thabita, ob cujus mortem consultum existi- « tarunt multe personæ devotæ, ut S. Petrus rogatus advoceretur ex Joppe in Lyddam. Accessit Vicarius Christi, motusque tot adstantium gemitibus, ejulatibus et efficacissimis precibus, mortuum resuscitavit ad vitam. Inquiri nunc causam, cur vel ipsa adhuc infirma, aut certe iidem adstantes et supplicantes, prius non petierint intercessionem S. Petri, ut eam restitueret sanitati? « Quare expec- « tavit ut moreretur? Quare non ante hoc Petrus « est? » querit S. Chrysostomus : « Indignum « censebant pro talibus discipuli sollicitos esse. » Apud Christianos olim, tribulatio in summa erat veneratione et æstimatione : tanquam pignus di- « vine benevolentie excipiebatur. Imo infirmitates eo utiliores gratioresque erant primis fidelibus, quo graviores et periculosiores erant, quia a vinculis hujus exilii eos eximebant, et ab hac mortalitate ad cælum transferebant.

VERBUS 47.

Hic cum audivisset, quia Jesus adveniret a Judæa in Galileam, abiit ad eum, et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium ejus, incipiebat enim mori.

Hic cum audivisset, quia Jesus adveniret a Judæa in Galileam.

1. — Optime novit oblata sibi occasione uti transeuntis Salvatoris, qui de Judæa in Galileam migrabat, de quo utique ex aliorum relatu cognoverat, quod, ubicumque eundo suarum imprimebat plantarum vestigia, similiter post se relinqueret beneficentiae et misericordiae suæ edita testimonia : nam, *Act. Ap., x, 38* : *Pertransit benefaciendo, et sanando omnes*; et quidem plurimum refert, oblatas divinarum gratiarum acquirendarum occasiones non negligere; has enim recipere oportet, dum Deus illas offert, quia postea occasione sublata eandem rem acquirere, in nostra non est potestate.

2. — S. Thomas ait : « Motivum ad interpellan- « dum fuit adventus Christi; nam quamdiu adven- « tus Christi differrebat, spes hominum invalidior « erat de sanatione a peccatis; sed cum audiret « adventum Christi appropinquare, spes sanationis « confortatur in nobis. »

3. — Benignissimus Salvator periculosam et mortalem hujus filii infirmitatem, patrisque afflictionem probe sciens, hunc infirmo sanitatem, toti vero domui salutem æternam conferre avidè cupiens, iter illud data opera ingressus fuit, ut ostenderet se illum esse, qui suis gratis nos prevenit et invitat, ad illas ab eo poscendas sponte excitat.

Abiit ad eum.

4. — Verisimile est, regulum hunc fama miraculorum Christi, quæ per omnes Galilææ et Judææ partes in multis infirmitatibus ediderat, et ubique resonabat, permotum miserabilem et compassio, quam miserabilibus ubique exhibebat Christus, magnam ei se sequentibus turbam conciliabat, *Joan., vi, 2* : *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.*

5. — De anxio quidem patre constat ex Evangelio, illum filii sanitatem suppliciter expetiisse, an vero filius hic perinde movendus fuisset, ut patri infirmi sanitatem exposceret, nequaquam patet, sæpe enim contigit, quod filii parentum mortem læto animo excipiant, ut paternæ subjectionis jugum excutere, illorumque relictas facultates ut domini tractare et gubernare possint.

6. — Satis credibile est, hunc regulum quoque simul cum aliis Redemptorem nostrum sepe derisisse, ejusque miraculis et discipulis, quamdiu in eum non credebat, variis dietis detraxisse; nunc autem manifeste tribulationum videtur virtus, et efficacia, *Psal. lxxvii, 34* : *Cum occideret eos, quærebant eum, et revertentur, et difficili veniebant ad eum, et rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorum.*

7. — Divus Chrysostomus dicit, hunc regulum in Christi virtute non magnam adeo habuisse fiduciam; secus enim cum salus filii plurimum ab eo desideraretur, eum in Judæa, antequam Christus inde se moveret convenire curasset : « Conserve- « runt patres ex multo amore, non solum medicis « loqui de quibus confidunt, sed etiam de quibus « non confidunt, nihil volentes prætermittere eo- « rum, quæ ad salutem pertinent filiorum; si « tamen valde crederet Christi virtutem, non ne- « glexisset etiam in Judæam ire. »

8. — Ex quo hic regulus Capharnaum gubernando, tanquam summus præfectus a Romanis constitutus erat, indubie omnes certam medici ad curandum ejus filium convenire; atamen quia omnia remedia humana hactenus adhibita, vana et inutilia fuisse agnoscit, ad cælestem illum proto- « medicum, qui dixit, *Joan., x, 10* : *Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant, recurrere decrevit, per hoc nobis utilissimum quoddam tradendo documentum, quod corporis infirmitatibus correpti, pro illarum sanatione, ad Deum nobis præcipue recurendum sit; primo quidem per bonam, integram, et sinceram confessionem, purgandæ animæ; deinde vero per sanctam quamdam confidentiam, nostram divino beneplacito substerndum voluntatem ac tunc demum dependenter a Dei voluntate, remedia corporalia adhibendo. In libris Paralipomenon, *lib. II, x, 12*, de Asa dicitur :*

*Egrotavit Asa dolore pedum vehementissimo, nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in medicorum arte confusus est. Ex quo vero in Ecclesiastico expresse dicitur: Altissimus creavit de terra medicamenta, et vir prudens non abhorrebit illa, hic vero rex de medicorum consilio iis usus fuerit, cur ei hoc in crimen et vitium imputatur? Notandum igitur, totam facti ejus malitiam in voce magis consistere, et potissimum in eo quod sequitur: Non quæsiuit Dominum; potuit sine peccato uti remediis medicinæ, dummodo egisset hoc ordinate. « Debit, » inquit Dionysius Carthusianus, « magis sperare in gratia, quam in natura. » Optimum medicamentis, et medicorum opera utendi modum S. Basilius nobis insinuat, dum ait: « Fugienda non penitus ars ista est, neque rursus omnia in « ea salutis nostræ subsidia collocanda. » Exemplo nobis sint agricolæ, qui improbis sudoribus et industria sua terram excolunt, in eamque semen spargunt, ita tamen ut fertilitatem fructus a cælo expectent; sic quoque navarchus lemoni assistit, et vela pandit, ventos autem favorabiles a Deo expectat. Cedrenus et Suidas Regem Ezechiam, librum a sapientissimo Salomone Rege, de infirmitatibus curandarum remediis compositam dispasset et dispersisse observant, idque prudentissimo consilio, ne homines scilicet in infirmitatibus suis corporaliibus omnem spem suam in herbis, mineralibus, aliisque similibus medicamentis fixam haberent, absque eo, quod ad implorandum divinum auxilium se unquam reflecterent. Abalensis dictum illud Paralipomenon: *Nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum*, dupliciter posse dicit a nobis declinari et emendari: Primo, « querendo, remedium aegritudinis corporalis a Deo, ut sanitatem « tribuat, » et ad hoc non semper nos obligari dicit, quia sanitatem corporalem non desiderare, nonnunquam non nisi eximium perfectionis actus erit, qualem Apostolus exhibuit, dum ait, I Cor., xii, 9: *Virtus in infirmitate perferitur; gloriatur in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.* Secundo, si Deus queratur cum conatu ipsi placendi, ejusque nobis amicitiam procurandi; et hoc fit querendo remissionem peccatorum, et hoc modo illum specialiter in infirmitate querere obligamur: « Quia tunc in maximo periculo sumus, ne recedat « mus in odio divino et pereamus eternallyter. » In capitulo: *Cum infirmitas, de penitentia et remissione, medicis præcipitur, ut, priusquam corporis curam aggrediantur, prius infirmum de confessione faciendam moneant.* Similiter Pius Quintus in quodam *Motu proprio*, anno MDLXVI, medicis præcepit, ne infirmum ultra tres vias visitent, nisi si per confessionem se expiaverit, voluitque insuper, ut, dum laurea doctorali insigniuntur, se hanc constitutionem observaturos juramento confirmet.*

9. — Ecclesiasticus, xxxviii, 9, ait: *Fili in tua*

*infirmitate ne despicias teipsam, quoniam autem modo hoc exequendum sit, paulo post docet; non enim dicit: Ne despicias remedia corporalia, hoc enim non erat necessarium præcipere, cum nullus facile illa despiciat: Sed ora Dominum, et ipse curabit te; avertere a delicto et dirige manus, et ab omni delicto munda cor tuum, da suavitatem et impingua oblationem, et da locum medico; postquam enim Sacramenta confessionis, nec non suo tempore, Communionis accepimus, tunc per divinam opem, in remediis virtute confidere possumus; quis est, qui peccata ut plurimum infirmitatum causam esse nesciat? id quod Apostolus insinuat vult, dum ait, I Cor., xi, 29: *Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat; ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt nobis;* radicem igitur mali, id est, peccatum, a nobis tollamus necessum est. Tigurina legit: « Deinde locum des « medico, ut ejus Dominus auctor sit; » hoc autem præcipit, postquam animam purgari jussisset.*

Et rogabat eum.

10. — Beatus Laurentius ait: « Omnes medici « pecuniis, Deus autem noster pura oratione ad « conferendam sanitatem placatur. » Magnates quidem et qui imperium in populos obtinent, supplicationes et memorialia a subditis suis recidere assueverunt, nunquam vero illi suppliciant; et tamen hic regulus in hac occasione simplex coram Christo se prosternit, urgentibus enim necessitatibus, dum mors illis ob oculos ponitur, omnem magnates fastam et arrogantiam deponunt, omniumque respectum humanorum, per tribulationes, efficiuntur immemores, Ps. xv, 4: *Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.*

11. — Salmeron notat, quod regulus hic nos in infirmitatibus ad Deum, non vero ad superstitiones recurrere doceat, cum tamen ipse lumine et notitia veri Dei illustratus non fuerit: « Arguit hic regulus « eos, qui in adversis non ad Deum, sed ad magos « et incantatores et ad demonum auxilium pro « solutione maleficis confugiunt. »

Ut descenderet.

12. — Albertus Magnus opinatur, regulum hunc infirmo suo, multum profuturam putasse Christi viciniam, utpote quem velut hominem Deo charum et sanctum colebat: « Appropinquando infirmo, « putabat eum plus posse; » in quo convenit cum opinione Lyrani, dicentis: « Licet crederet Deum « posse sanare, credebat tamen, quod hoc non « faceret sine presentia corporali; » similiter Glossa scribit: « Jam credens, quod posset sanare filium « ejus, sed quia per Deitatem, que ubique est, non « credit filio adesse, rogat, ut descenderet et præ- « sens corpore sanaret; » que etiam causa fuit, cur hisce a Christo verbis reprehensus sit: *Nisi*

signo et prodigia, etc., ac proinde civitatis ejusdem Capharnaïm Centurio præ hoc summe commendari meruit, quia aiebat: Dic tantum verbo et sanabitur puer meus.

13. — Vel forte credebat, Christum per aspectum filii in agonia positi ad majorem commovendum fore compassionem; ex quo enim ipsum tanquam virum summa virtute præditum veneratur, futurum sperabat, ut viso hoc adeo funesto spectaculo cor ejus emollitum, optatam in filium charitatem exerecet. Sciebat enim, ipsum non ignorare illud Ecclesiastici, vii, 39: *Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis;* forte etiam de Christo audivit, quod, quando domum Petri ingressus, *Matth., vii, 14: Visiti socrum ejus jaccent;* ubi Chrysologus ait: « Videtis, « que res ad domum Petri invitaverit Christum, « utique non discumbendi voluptas, sed jacentis « infirmitas; » adhuc sciebat utique Christum alias, in eadem civitate, aliis pluribus restituisse salutem, neque charius aut gratis objectum illi offerri posse, quam personas miserabiles, ut iis beneficeret. Noverat insuper Christi in infirmis beneficiendi, gratiasque conferendi facilitatem et promptitudinem; vii Centurio, ut Christo infirmitatem servi sui insinuaret, eos suum apererat, ecce subito responsum audivit, *Matth., vii, 8: Ego veniam et curabo eum.* S. proinde Cyrillus Alexandrinus, in *Joan.,* ait: « Non propter signa simpliciter Christum miramur, sed propter signa, que infirmis ægrotisque faciebat. »

14. — Ast inquit fortasse, quare Christus in presenti descendere noluerit, quemadmodum facere decreverat Centurioni, qui etiam sicut hic regulus, gentilitati deditus erat, huic namque subito respondit: *Ego veniam et curabo eum;* ast responso in promptu est, Centurio etenim humilis, indignum se judicabat, cujus domi Christus vel pedem inferret, regulus vero præsumptuose quasi præcipiendo, *descende, inquit;* in quo docemur, quod quisquis Filium Dei ad se venire desiderat, in infimum humilitatis, siquæ ipsius gradum descendere debeat; etenim iter ex Cana in Capharnaum, quatuordecim horas posebat, nec tamen hanc Christo incommoditatem regulus afferre curabat.

Et sanaret filium ejus.

15. — Paucos admodum reperiemus, qui Salvatore pro curandis infirmitatibus spiritualibus convenerint, aut sua ei obsequia delulerint, sed potior pars sanitatem et res temporales respiciebat; unde S. Bonaventura ait: « Intuitu sanitatis filii avidit « ad eum, non affectu devotionis. » Albertus Magnus hanc supplicam Christo oblatam existimat, solum ad hoc, ut Christum suam apud Deum pro filio intercessionem interponeret, non vero ut divinam ejus potestatem et omnipotentiam ad sanandum

filium excitaret; hanc enim Christo inesse non credebat: « Ut sanaret intercedendo apud Deum, quia « non putabat eum Deum. »

16. — Salmeron ex hac, pro sola infirmitate corporali, quæ minus malum erat, tollenda, facta supplicatione, talem deducit moralitatem: « Quod « autem orat pro sanitate corporis, infirmitatis hu- « mane est, quæ prius corporis, quam animæ « sentimus incommoda, cum tamen majora sint « animæ mala. »

Incipiebat enim mori.

17. — S. Thomas in sensu morali dicit: « Quando « homo tentatur incipit infirmari, sed quando ten- « tatio prævalet, ita ut inclinaret ad consensum, est « prope mortem; sed quando jam consentit, incipit « mori; cum ergo consummat peccatum, moritur. »

18. — Considerari quoque hoc loco potest, quod a primo instanti, quo anima in utero materno unitur corpori, homo pariter non solum subjiciatur, verum continuo procedat ad mortem, adeo ut vita ejus non sit aliud, quam mors continua; id quod Apostolus optime intelligebat, I Cor., xv, 31, dicens: *Quotidie morior;* et alibi, *Rom., vii, 24: Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Quod etiam confirmat S. Bernardus, Serm. xvi in Psal. qui habet, inquit: « Hæc vita qua vivimus magis mors est; « moritur homo, dicimus, quando morti certissime « appropinquat; quid vero agimus, ex quo primum « incipimus vivere, nisi morti appropinquare et « incipere mori? » Huic quoque veritati vel ipse Seneca solo ex naturali lumine testimonium perhibet, scribens: « Quotidie morimur, quotidie enim « demitur aliqua pars vitæ; et tunc quoque cum « crescimus, tunc vita decrescit, hunc, quem agi- « mus diem, cum morte dividimus. » Quod si in vas aliquod vino plenum aqua immitteretur, certum est, quod virtus et sapor vini semper magis magisque minuendus esset, ita ut in fine omnis ejus perderetur substantia; haud secus dum calor naturalis quotidie per actionem alimenti diminuitur, ipsum vivum continuo deficit. S. Basilius hanc eandem veritatem, quod scilicet hujus vitæ cursus aliud non sit, quam continuus processus ad mortem, manibus nobis palpabilem reddere studet, dum ait: « Vita hominis per multas mortis consu- « vit expleri; » quibus verbis forsitan alludere voluit, ad quamdam Senecæ reflexionem ad cibos, quibus vita hominis sustentatur; sic enim ille inquit: « Quidquid avium volitat, quidquid piscium « natat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepeli- « tur in ventribus; quære nunc cur subito moriamur? « mur? quia mortibus vivimus. » At vero iisdem S. Basilius verbis aliud quoque sensum dare possumus; dicit enim ipse, vitam hominis per multas mortes expleri, quia primo in ipso infantia moritur, postea deficit adolescentia, deinde virilitas de-*

perit, donec tandem etiam senectus per mortem intereat; adeoque impletur illud Nazianzeni: « Vita » et mors improprie vocatur; vita enim hæc est « mater corruptionis, adeoque continua mors; mors vero est jauna vitæ beatæ. » S. Isidorus se non intelligere proficitur, quomodo homo diu possit crescere in ætate, quandoquidem, quanto amplius homo viro procedit, tanto velocius vita ipsius deficit: « Sed quomodo possit recte dici augmentum, quod » per dimensiones ætatum, ad mortis tendit detrimentum. » Innocentius III, de humanæ conditionis miseria scribens, ad propositum nostrum apposito loquitur, dum ait: « Morimur dum vivimus, et » tunc tantum desinimus mori, cum desinimus vivere; nihil est vita mortalis nisi mors vivens. » S. Augustinus, in *Psal. cii*, licet vitam non appellet mortem, aperte tandem eandem infirmitatem et ægritudinem quandam continuam esse dicit: « Quis, » inquit, « non ægrotat in hac vita? quis » non longum languorem trahit? nasci in hoc corpore mortali, incipere ægrotare est. »

19. — S. Bernardus penalitates omnesque alias ærummas, quibus in hac vita subicimur, considerans petit: « Hæcæne vita dicenda est, qua nimirum soli vivitur morti? »

Adiciones.

a. — *Hic cum audisset, quia Jesus adveniret a Judæa in Galilæam, etc.* Nactus regulus bonam occasionem ex appropriatione Jesu, abiit ad eum; nempe ex Capharnaum, quæ interpretatur *pinguedo terræ*, proficiscitur in Galilæam, hoc est in pinguedinem cœli seu Ecclesie, ubi erat pinguis panis Christi, præbens delicias regibus; hoc est Sacramentum Eucharistie.

b. — Immediate Dominus discesserat a Samaria in Galilæam, et tamen dicitur quod ex Judæa advenit. Cur hoc? Ratio est quia Judæi utpote maligni, Christum appellant Samaritanum et quod in Samariam abierit, obiciunt. At Galilæi, quamvis Dominus immediate ex Samaria discederet, dicunt, quod ex Judæa adveniret ad quam missus erat et in qua missus fuerat, ut ita majori vinculo Domino adstringerintur, quod relicta patria sua ad eos abiret. Multum sane interjacet inter probos viros et iniquos. Nam probi ea solum memoria tenent atque dicunt, ex quibus se maxime obligatos vident, ut ita se gratos erga benefactorem suum exhibeant. At iniqui semper accepta beneficia minuunt et vituperant, ne nullas suo benefactori gratias cogantur. Ingratitudo enim est reproborum tessera. Non est dubium quin incarnata Sapientia, *quæ alta a longe cognoscit*, notem hosce leproso lepra mundatos sua fuisse probe noverit; verumtamen, ut Hugo Cardinalis ait: « Non querit ex ignorantia, quia » omnia antequam sint novit, sed hoc ipso mystice » insinuat, quia ingratos ignotos reputat. » Ideoque

in tremendo novissimi Judicii die præcitis, a Judice dicitur: *Nescio vos*. Ingratus enim quoddam habet sibi impressum signaculum, ex quo filius perditionis esse cognoscitur, adeoque dum erga Deum et homines sibi benefacientes, ingratus est, minime temere judicabit qui illum de reproborum numero esse dixerit. Conjiciamus velim oculos in primum electum et primum reprobum, Abel nimirum et Cain, de quorum primo S. Ambrosius ita scribit: « Abel qui omnia refert ad Deum, pia devotus » mentis intentione, nihil sibi arrogans, sed totum » tribuens Conditori, quod accepisset ab eo. » Non vero eodem modo de præcito Caino loquitur, sed potius inquit: « Cain dictus est *acquisitio*, quod » omnia sibi acquireret. » Et ideo hic caput est eorum qui quicquid boni habent, sibiipsum attribuant; talis enim Cain erat, de quo idem Ambrosius inquit: « Totum menti suæ deputat, itaque » principali. »

In principio Exodi dicitur: *Surrexit interea rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph*. Sed qui fieri poterat, quod Pharaon non amplius agnosceret Joseph, qui paulo ante salvator Ægypti fuerat et ærarium publicum, tempore famis, providentia sua locupletando, immortalem sui memoriam reliquerat? Abulensis inquit: « Pessimus ille rex et omni » indignatione indignior, qui cum quotidiana in se » Joseph beneficia experiret, quantam partem » proventuum Ægypti percipiens annuatim, quod » dispositione provida Joseph redditibus Regis fuerat attributum, benefactorem Joseph, quem ipsa » beneficia necessario demonstrabant, ingrata mentis » ægritudine tabefactus, nunquam in recordationem saltem levi rimula reducebat. » In quibus verbis Præsulem hunc præcitatum, huic Pharaoni hunc attribuere titulum: « Pessimus et omni indignatione indignior; » erat enim verum reprobis alicujus symbolum, quia *induratum est cor Pharaonis*. Talibus autem pessimum ingratitudinis vitium specialiter adhaerescit. S. Petrus Chrysologus vitium dicitur dicitur observationem ex qua manifeste deducitur dicitur Epulonem in infernum detrahatur fuisse, eo quod Deo ingratus fuerit, statumque suum prosperum, quo gaudelatur, propriis meritis attribuit. *Recordare*, inquit ad eum Abraham, *quia recepisti bona in vita tua*. Circa quæ verba D. Chrysologus advertit, Patriarcham hunc reprobum secundum internos illius sensus allocutum fuisse. « Videtis, » inquit, « fratres, quia Abraham sancti verbo, istis » divitis animus proditor, sensus arguitur, intel- » lectus punitur, qui non sibi data, sed reddita » credit, quæcumque Domino largiente possedit. » Intelligite, quo sensu inaccessit, quo corde am- » bulaverit, qui Deum sibi creditit debitorum. » Nihil igitur mirandum est, si Christus de hoc præcito hominis ingrattissimi typo, manifeste pronuntiaverit, ipsum in inferno sepultum fuisse, quia

infernus proprium est pessimi hujus vitii centrum.

c. — Miro certe modo Deus hunc regulum ad se trahit et allicit, per flagellum scilicet infirmitatis filii ejus, hic est enim Dei mos affligere ut consoletur et beneficia conferat, aut infirmitatibus affligere corpus ut animæ afferat sanitatem. Unde super illa verba: *Ego occidam et ego vivere faciam; percussim, et ego sanabo*, S. Bernardus inquit: « Percussit carne » nem ut anima sanaretur. » Enimvero hi qui animæ suæ salutem parvi faciunt et nihil æstimant, hi sunt præcipue, qui in corpus suum oculos suos et curam mentis delixam habent, animamque suam simul cum corpore destitutam aut morituram esse existimant. Unde inter alias, in vitis Patrum recentissimas sententiis, hæc valde est considerabilis, qua dicitur: « Illi animam suam in vanum accipiunt, » qui existimant eam dissolvi una cum hæc caruncula, qui virtutes spirituales negligunt. » Ac proinde utilissimum est illud D. Chrysostomi documentum, quo nos ut seriæ considerationis oculum, in alterius vitæ bona dirigamus, his verbis monet: Nihil ita animam recreare et præstantiorem reddere solet, sicut bona de futuris « concepta spes. » Quamvis etiam animam nostram pulchram et mundam reddant nonnulli alii actus virtutum, de quibus Hugo de S. Victore ita scribit: « Contritio cordis, » confessio oris, afflictio carnis, hi sunt tres fontes, » quibus lavatur anima; contritio, pro anxietatem; » confessio, per humilitatem; afflictio per asperitatem. »

VERSUS 48.

Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.

1. — Toletus hic dubium movet, cur scilicet benignissimus Salvator hunc regulum increparit, eo quod, priusquam in ipsum crederet, miracula ab ipso requisierit; cum tamen ipsemet dixerit, *Joan., x, 37: Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere*; et iterum, *Joan., xv, 24: Si non venissem et opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent*. Propheta quoque Messiam miracula patrum esse prædixerat; sic Isaias, *xxxv, 4, ait: Veniet et salvabit nos; tunc aperientur oculi cæcorum, adeoque nullum videtur motum, regulum miracula poscentem, reprehendendi*. Respondet tamen populum Hebræum sine miraculorum testimonio, in Christum credere nolentem, pluribus modis peccasse: primo, quia indubitatum jam audiverat Præcursoris testimonium, qui ipsum illi digito monstravit; secundo, quia ejus prædicatio ad hoc lumen et notitiam iis communicandam sufficiens erat, hæc enim ab auribus ad corda usque penetrabat, *Psal. cxviii, 130: Declaratio sermonum tuorum illuminat et intellectum dat parvulis*; ideoque multi etiam fuere conversi. Sic Samaritani,

nullis visis miraculis, crediderunt; Scribæ quoque et Pharisei S. Joannem, promissum in lege Messiam esse existimabant, tametsi nulla in eo miracula viderent. S. Thomas quoque idem movet dubium, scilicet regulum signa patenter reprehensibilem minime videri: « Nam fides per signa probatur. » Respondet autem per differentiam quandam, quæ est inter fideles et infideles, quando ad fidem trahendi sunt; infideles enim per Scripturæ auctoritatem convinci non possunt, quia illam non admittunt, multo minus per rationes naturales, cum fides nostra superior sit quavis ratione, omnemque superet naturam, ac proinde per miracula sunt adducendi; unde inter alias, in vitis Patrum recentissimas sententiis, hæc valde est considerabilis, qua dicitur: « Illi animam suam in vanum accipiunt, » qui existimant eam dissolvi una cum hæc caruncula, qui virtutes spirituales negligunt. » Ac proinde utilissimum est illud D. Chrysostomi documentum, quo nos ut seriæ considerationis oculum, in alterius vitæ bona dirigamus, his verbis monet: Nihil ita animam recreare et præstantiorem reddere solet, sicut bona de futuris « concepta spes. » Quamvis etiam animam nostram pulchram et mundam reddant nonnulli alii actus virtutum, de quibus Hugo de S. Victore ita scribit: « Contritio cordis, » confessio oris, afflictio carnis, hi sunt tres fontes, » quibus lavatur anima; contritio, pro anxietatem; » confessio, per humilitatem; afflictio per asperitatem. »

2. — Glossa hæc reprehensionem incredulitatis ejus demeritis tribuit, inquiens: « In hoc redarguitur de incredulitate; per hujus duritiam significatur duritia Judæorum, qui nec visis miraculis » credunt; at vero contra per Samaritanos notatur » fides gentium, quæ solo verbo creditur. » Et quidem licet hæc incredulitas nobis non appareat, ab oculis tamen Christi abscondi non potuit. Unde S. Augustinus, *tract. xiv in Joan.*, ait: « Verba » rogantis audivimus, cor diffidentis non videmus, » sed ille pronuntiavit, qui et verba audivit et cor » inspicit. » Lyranus regulum non ob supplicationem pro filii salute factam, reprehensum esse dicit, » sed de defectu fidei suæ. »

3. — S. Thomas aliam quandam movet difficultatem, inquiens, quod si regulus in Salvatore non credidisset, utique filii moribundi sanitatem non postulasset: « Ad quod dicendum, quod regulus » iste adhuc non credebatur perfecte; erat enim in » eo duplex defectus fidei, » quorum primus erat, quod tametsi Christum, verum hominem esse profiteretur, cum tamen virtute et omnipotentia divina præditum esse minime credebatur, quia Christum ut in propria persona accederet, rogabat. Secundus defectus erat perplexitas ejus, qua, an moribundo salutem dare posset, dubitabat; si enim hoc firmiter credidisset, non expectasset, donec Christus de Judæa in Galilæam transiret, sed eundem in Judæa, ubi erat, convenisset; maxime cum tantam de filii sanitatem curam haberet. »

4. — Dionysius Carthusianus regulum Salvatore accessisse existimat, ut experiretur, an sibi hunc Christum infirmum sanare posse confideret, non vero cum viva fide, quod in ipsum per divinam omnipotentiam exequi posset: « Accessit ad

« eum, non credens, sed tentans, volens experiri, « quis aut qualis esset et quantum posset; » ac proinde Hugo Cardinalis ait : « Arguit hominem in fide tepidum ac frigidum, aut omnino « nullius fidei, sed tentare cupientem de sanitate « filii sui. »

5. — Lucas Brugensis differentiam insinuat, quæ est inter miracula et prodigia; dicit enim Christus : « Nisi signa et prodigia videritis, non « creditis; etenim quamvis utraque præter naturam « fiant signa, tamen sunt huiusmodi, quæ sæpe- « numero per naturam fiunt, ut sanare infirmum; « prodigia vero quæ raro aut nunquam fiunt vi « nature, ut aperire oculos cæci nati, suscitare « mortuos. »

6. — Hugo Cardinalis quoque in ordine ad hanc differentiam, per similem distinctionem discarrat, dicens : « Proprie signa sunt, quæ fiunt in re natu- « rali et per naturam, sed lente operantem, eum « Christus in momento, ideoque per miraculum id « ipsum præstaret; tale est, infirmos sanare; pro- « digia vero sunt, quæ omnem naturæ vim supe- « rant, ut est mortuos suscitare. »

7. — Cajetanus hanc Christi reprehensionem eo tendere dicit, ut reguli et Judæorum incredulitatem ostenderet, non simpliciter, sed in comparatione Samaritanorum, qui sine visis effectibus miraculosis crederent, siquidem paulo ante Samaritanam, moxque universam Samariæ civitatem, ad sui notitiam reducerat. Hugo Cardinalis in sententia D. Chrysostomi, huic assertioni, non creditis, tres adhibet expositiones. Prima paulo ante a nobis facta fuit; nimirum « in comparatione Samarita- « norum. » Secunda : « Non propter reguli perso- « nam, sed propter civitatem, unde erat. » Tertia, « sicut ille, qui dixit : *Credo, Domine, adjuva incre- « dultatem meam*, in parte credebat et in parte « nihil credebat; ita et hic credidit, sed non inte- « gre neque sane; » unde Cajetanus concludit : « Merito arguitur, qui tam imperfecte credebat; « imo per hæc Domini verba explicatur, quod non « credebat, et recursus ad eum pro sanitate filii « non procedebat ex fide, sed ex opinione et affectu « ad filium. »

8. — Chrysostomus, *Hom. xv in Joan.*, notat, hanc reprehensionem artificium quoddam fuisse bonitatis et benignitatis Christi in regulum : « Ar- « guit, » inquit, « ut magis in fide confirmaret, « neque enim ante signum admodum credebat, » rationem vero quam adducit, nos supra insinuavi- « mus, quia si credidisset, in Judæa ipsum convenire « debuisset, non vero expectare, donec per transi- « tum Galilæam versus veniret : « Constat, » inquit, « quoniam veniente Jesu in Galilæam, obiter et per « occasionem accessit; quod si vero Christi potesta- « tem credidisset, non utique in tanto filii periculo, « Judæam petere neglexisset. »

9. — Jansenius eidem interpretationi adhaerens scribit, celestem hunc protomedicum primo loco salutem animæ patri et postea corporalem filio dare voluisse : « Ubi notandum, » ait, « Christum prius « operam dedisse, ut curaret morbum patris, quam « a filii, ut qui gravior esset et periculosior et offi- « cium Christi magis pertinet; magis enim ve- « nerat ad sanandum animas quam corpora. » Quam expositionem Jansenius ex Divo Chrysostomo sumpsisse videtur, qui in eadem homilia ita scribit : « Neque minus hoc loco patrem, animi morbo la- « borantem, quam filium curat, suadetque non « signa nobis, sed doctrinam ipsius attendendam. » Lucas Brugensis similem habet considerationem, dum ait : « Regulus præter filii sanitatem nihil « quærebat, negat Jesus miracula a se fieri, ob eam « præcipue causam, ut aegroti convalescant corpore, « sed ut, qui miracula conspexerint, in ipsum cre- « dant Christum Filium Dei. »

10. — S. Augustinus, *tract. xvi in Joan.*, amabilissimum agendi modum, quo Salvator erga Centurionem, pariter Capharnaitam, usus fuit, examinat, eumque confert cum illo, quo regulum huic tractavit : « Videte distinctionem; regulus iste Do- « minum ad domum suam descendere cupiebat, ille « Centurio indignum se esse dicebat, illi dicebatur : « *Ego enim et curabo eum*; huic dictum est : *Vade, « filius tuus vivit*; illi presentiam suam promitte- « bat, huic verbo sanabat; ille se presentia ejus « indignum esse dicebat; hic cessum est elationi, « illic concessum est humilitati, tanquam si huic « diceret : *Vade, filius tuus vivit*, noli mihi tedium « facere; presentiam meam vis in domo tua, pos- « sum, et verbo jubere; Centurio alienigena credit, « verbo me posse facere et antequam facerem cre- « didit, vos nisi signa et prodigia videritis, non « creditis. »

11. — Glossa aliam tangit hujus reprehensionis rationem dicens : « Redarguitur, quod non ubique « credebat eum esse; » et hæc proprie unica causa est, cur tam exigua in nobis fides reperitur, quia presentiam Dei non apprehendimus, eumque nobis ubique presentem esse non imaginamur, ac pro- « inde et nos reprehensibiles erimus, nisi nos continuo in hoc utilissimo divinis presentie officio continuerimus, utpote quod unicuique frenum est ad evitandum omnem Dei offensam, sanandamque omnem nostram infirmitatem spiritualem, *Psal. xv, 8* : *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear*; ubi Glossa ait : « Hinc trahe exemplum, quia peccata vitentur, « qui enim Deum semper acie mentis intuentur, « peccatis non inclinatur. »

Additiones.

a. — *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.* Conveniunt omnes Patres quod hæc : *Nisi signa,*

etc., dixerit Christus regulo per modum objurgationis, propter fidem ejus imperfectam, quam ex multis indicibus præter sancti Patres et Expositores. Singulari tamen ex causa arguit eum Dominus, quam assignat D. Chrysostomus, *Hom. xxxiv* : « Arguit eum ut magis in fidem confirmaret. » Multi de Domini divinitate dubitarunt, et tamen a Domino particulariter non sunt reprehensi, quemadmodum hic regulus arguitur. Intendebat autem Salvator ut hic proficeret, ac melior fieret, ideo objurgatur, nam debet reprehensio ordinarie ex amore procedere, et tunc est valde utilis. Ea enim homo se colligit, statim ac conditionem suam considerat, et in vita ac moribus reformatur. D. Chrysostomus nos docet quam utile et proficuum sit, si correctio cum demonstratione charitatis et amoris conjungatur : « Vis fratrem corrigere? » inquit, *Hom. in ad pop. Antioch.* « Lacrymare, ora Deum, « seorsum apprehensum admone, consule, exhor- « tare; sic et Paulus faciebat. Declara charitatem « erga peccatorem, persuadere ipsi, quod consu- « lens et curans, non traducere volens, peccatis « ipsum commonefacis; comprehende pedes, oscu- « lari non erubescas, si modo vere mederi vis. Hæc « et medici faciunt sæpius, difficiles ægrotos ha- « bentes, osculantes, rogantes persuadent saluta- « rem sumentem medicinam. » Sic S. Paulus Corinthis dicit, *I Cor., ii, 4* : *Ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas.* Erant quippe Corinthis, ut ex duobus Paulini epistolis clare satis patet, in multis gravibus peccatis reprehensibiles, ipsos autem admonere, reprehendere, corrigere ad ipsum spectabat; sed observanda sunt verba quæ sequuntur : *Non ut contristemini, sed ut sciatis, quam charitatem habeam abundantius in vobis.* Quem textum S. Ambrosius considerans, ait : « Manifestum est quia quando hoc affectu quis « aliquem corripit, ut plus illo doleat de peccatis « ejus, non utique ut illum contristet, corripit, sed « ut ostendat illi, quo amore diligit eum. Qui enim « non hoc affectu corripit fratrem, contristet, in- « sultat enim qui non condelet fratri. » S. Gregorius similiter modum docere volens quem sacri Doctores servare debent, dum tanquam patres spirituales hæc correctionis verba erga aliquem uti- « vult, his verbis eos monet : « Verba asperæ incre- « pationis movent, ut spinas mortiferæ cogitationis « radicent, et hæc cum agunt, charitatis amore « sevinunt, non inflatione elationis intumescent. » S. Anselmus, verba illa Apostoli, *I Cor., xvi, 14* : *Omnia vestra in charitate fiant*, exponens, hanc illorum assignat rationem : « Nam quidquam sine « charitate agitur, nihil est, quamvis esse bonum « valde videatur. » Prosequitur hanc doctrinam ulterius, et dicit, quod etiam reprehensiones, que ut plurimum asperæ videri solent, ab hac nihilominus charitate derivari debeant : « Cum dicit, *omnia,*

« satis ostendit ipsas correctiones, quas asperas et « amaras sentiunt, qui corripuntur, cum charitate « esse faciendas. »

S. Antonius de Padua, Evangelicum quod de hac correctionis materia tractat, et præcipue illum a Salvatore præsumptivo ordinem : *Vade et corripere*, exponens, primo loco de correctione dicit : « Hoc « supponit actum charitatis. *Vade*, quod dupliciter « potest intelligi, uno modo ad litteram : *Vade ad « eum qui ad te venire verecundatur.* Alio modo « dicit, *Vade*, ad designandum quid debeat te mo- « vere, quia charitas ipsa debet te portare et utili- « tas proximi atrahere. » S. Bernardinus eadem verba, *vade et corripere*, exponens, eum, cui officium corrigendi incumbit, monet dicens : « Debes ex « charitate considerare quantum illi, et tibi neces- « sarium est eripere eum de statu damnationis. « Ideo Dominus ait : *Et corripere eum*, id est, cor ejus « rape de statu damnationis, vel perditionis. » Alibi quoque in sermone qui *de christiana pietate*, intitu- « latur, idipsum monens ait : « Corripere est subito « cor rapere de periculo, ut solertiam charitatis « ostendat. » Ignis enim divini amoris et vere cha- « ritatis fervidus est, atque sollicitus : « Nescit tarda « molimina Spiritus Sancti gralla. »

b. — Dixit Dominus regulo : *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.* Usque adeo super omnia mutabilia volens mentem credentis attollere, ut nec ipsa miracula, quæ quamvis divinitus de mutabilitate corporum fiunt, a fidelibus queri velint. Congruum videri poterat quod Dominus desideraret homines ad divina signa currere; tamen aliquo modo indignatur, quod huiusmodi mirabilia appetantur. Nam quamvis sint opera Dei ejus potentia edita, cum tamen de mutabilitate corporum fiant ac huiusmodi mutabilitatem impertent, ab eis Domini nostram vult avertere mentem et elevare ad ea quæ æterna sunt et permanentia. Non patitur enim ut noster animus ad inconstantiam, labentique temporalia feratur, sed ut tendat ad ea quæ fixa sunt atque perpetua. Ex quo concludit quam indecens sit quod corpus preponatur animæ, quodque de corpore magis solliciti sumus quam de anima. Maxime dum anima in hisce bonis terrenis perditur dum æterna negliguntur.

S. Augustinus, *lib. de spiritu et anima*, ex definitione animæ inconvenientissimam illam deordinationem, quam quotidie in magna hominum parte experimus, in quibus scilicet corpus animæ prædominatur, manifeste declarat; anima enim ab ipso definitur : « Substantia quedam incorporea, ratio- « nis particeps, regendo corpori accommodata. » Quod si enim animæ competit regimen et dominium in corpus, quod si illa a supremo artifice velut regina quadam creata est, quod si illi datum est sceptrum imperii super corpus, cum domino absoluto et despotico in illud veluti mancipium